Ultima tribulatio m̄di
t̄ris tribulatiōib⁹ p̄re
henit: et p̄ crebra mala que
p̄ueniunt: indicant mala p̄
petua q̄ sequuntur. **E**t ideo
post bella et seditiōes non
statim finis: q̄ multa debēt
mala p̄currere: vt malū va
leat sine fine nūciare. **S**z
cū tot signa perturbatiōis
dicta sint: oportet vt eorum
consideratiōe per singula
breuiter p̄stringam⁹: q̄a ne
cesse est vt alia e celo/alta e
terra alia ab elemētis: alia
ab hoibus patiamur. **Lectio. r.**

Antē enī. **S**urget gens
contra gentē: ecce per
turbatio hoim. **E**rūt terre
mor⁹ magni p̄ loca. **E**cce rez
spectus ire desup. **E**runt pe
stilētie: ecce iequalitas cor
porū. **E**rit fames: ecce steri
litas tre. **T**erroresq̄ de ce
lo: et tēpestates: ecce inequa
litas aeris. **Q**uia ergo om
nia p̄summāda sunt ante cō
sūmationē oīa perturbant⁹
et quia in cunctis delinquit
mus: in cunctis ferimur: vt
impleat quod dicitur. **P**u
gnabit pro eo oībis terrarū
p̄tra insensatos. **D**ia nāq̄ q̄
ad vsū vite accepim⁹ ad vsū
p̄uertim⁹ culpe: sed cūcta q̄

ad vñ prauitatis inflexim?
ad vñ vertunt nobis vltio
nis. *Secundū lucā. Ep. xxi.*

In il. tpe: Di. i. di. suis
Cū audieritis prelia
et seditiones: nolite terreri.
Sportet primū hec fieri: s;
nōdū statū finis. Tunc dice
bat illis. Surget gēs cōtra
gentē et regnū aduersus re
gnū: et tremor magni erunt
p loca et pestilētie et fames
frozēsq; de celo/ et signa ma
gna erūt. Sed ante hec oia
iniiciēt vobis manū suas et p
sequēt tradētes in synago
gas et custodias trahentes
ad reges et presides: ppter
nomē meū. Cōtinget autē vo
bis i testimoniū. Ponite er
go in cordib; vñs nō preme
ditari: quēadmodum respō
deatis. Ego enī dabo vobis
os et sapiētā: cui nō poterit
resistere et cōtradicere oēs
aduersarij vñ. Trademī au
tem a parētib; et fratrib; et
cognatis et amicis et morte
afficient ex vobis. Et eritis
odio oib;: ppter nomē meū
Et capill; de capite vestro
nō peribit. In patiētia vñ a:
possidebitis anias vestras.

*In. iij. noctur. de marti
rib;. Lectio sancti euange
lij; secundū lucam. Ep. vi.*

In illo tpe: Descēdes
Iesus de mōte: stetit in
loco cāpestri. Et res. *Ex cō
mēta. ven. be. pbi; doc. ca. sc.*

Electur; apostolos domi
nus in montem subijt; tur
bas vero docturus ad cam
pestria redijt; quia non nisi
in humili xpm turbe videre
sufficiunt. **C**ū haec est nox
ma quā secut; ap'ls ait. Nō
potui vobis loqui quasi sp'it
ritualib;: sed quasi carna lit
bus. Quasi puulus i christo
lac vobis potū dedi nō escā
Nōdū sni poteratis; s; nec
nūc quidē potestis. *Lc. x.*

Apostoli autē ipsi secu
dū mattheū quasi p
fectiores/ et in monte et apto
ore saluatoris docti eē nar
rantur. Ubi si quis diligēt
us velit vtrūq; euangelistā
pscrutari pōt intelligi cum
in mōte duodeci discipulos
elegit e plurib; quos et apo
stolos nomiauit quod mat
the; pretermisit tūc habuit
se illū sermonē quē matthe
us in p'osuit et lucas tacuit/
hoc est i mōte; ac deinde cū
descēdisset in loco cāpestri
habuisse alterū similez de q
matthe; tacet lucas non ta
cet: et vtrūq; sermonē eodē
modo esse p'clusum. *Lc. x. h.*

Affili iudea et hieru-
salem et maritima et ty-
ri et sydonis et cetera. **Ma-**
ritimam multitudinem non a pro-
ximo mari galilee neque enim
hoc miraculi loco ponere-
sed a mari magno reorum esse
cognominatam: in qua etiam
tyrus et sydonis comprehendere
poterant. Verum quia gentium
ciuitates sunt iudeis quod for-
te date sed non ab eis posse-
se eo quod hostes extermina-
re nequiterint consulte no-
minatim ponuntur: ut quanta
sit fama virtusque saluatoris
intimet: que exteras etiam ad
sanitatem doctrinamque capesse
dum ciuitates accersiat. **sc. xij**

Ubi notandum quod dominus et
surgentibus ad se gen-
tilibus miseris sit unde et
puerum centurionis et chana-
nee filiam approbata petentium
fide curauit: non tamen ciuita-
tes eorum intrasse reperitur:
ne videlicet occasione querele
iudeis calumniatibus fugge-
reret: sed perfectam potius sa-
lutem gentium passionis et resur-
rectionis sue tempore reserua-
ret: quo imminente tempore gen-
tilibus eum videre querentibus
ait. **Nisi granum frumenti ca-**
dens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet: sicut autem mor-

tuum fuerit: multum fructum as-
fert. **Lu. Secus lucam. Cap. vi.**

In illo tempore. Descen-
dens iesus de monte: ste-
tit in loco capestri. Et turba
discipulorum eius et multitu-
do copiosa plebis ab omni tu-
dea et hierusalem et maritima
et tyri et sydonis que venerat
ut audirent eum: et sanaretur
a languoribus suis. Et que ve-
rabant a spiritibus immundis
curabatur. Et omnis turba que-
rebat eum tangere: quia virus
de illo exibat: sanabat om-
nes. Et ipse eleuatis oculis
in discipulos suos: dicebat
Beati pauperes: quoniam vestrum
est regnum dei. Beati qui nunc
esuritis: quia saturabimini.
Beati qui nunc fletis: quia ride-
bitis. Beati eritis cum vos
oderint homines et cum sepaue-
rint vos et exprobrauerint et
eiecerint nomen vestrum tanquam
malum: propter filium hominis.
Gaudete in illa die exulta-
te: ecce enim merces vestra: mul-
ta est in celo. Amen. **Be-**
in. us. noc. Lectio sancti eu-
gelij: secundum iohannem. Cap. xij.

In illis temporibus. **Di. l. di. suis**
Ame ame dico vobis
Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit ipsum solum
manet: si autem mortuum fuerit

multum fructū affert. Et reliqua. **H**omelia beati augu-
stini episcopi de eadem icrōe
Se granū dñs dicebat. Ipse
erat granū mortificadū et
multiplicandū et mortifican-
dū in infidelitate iudeorum:
multiplicandū in fide popu-
lorū. Jam vero exhortās ad
passionis sue sectandā vesti-
giā q̄ amat inquit aīam suā
perdet eam. Quod duobus
modis intelligi potest. Qui
amat p̄det: id ē si amas per-
des. Si cupis vitā tenere in
xp̄o: noli timere mortē pro
xp̄o. **I**te alio modo. Qui
amat aīam suā p̄det eā. No-
li amare ne p̄das: noli ama-
re in hac vitā: ne p̄das in et-
erna vitā. Hoc aut̄ q̄d posteri-
us dixi magis videtur habe-
re euangelicus sensus. Sequi-
tur enī. Et qui odit aīam su-
am in hoc mundo: in vitam
eternā custodit eā. Ergo q̄d
sup̄ predictū est q̄ amat subin-
telligitur in hoc mūdo: ipse
vitiq̄ p̄det. Qui aut̄ odit viti-
q̄ in hoc mūdo: in vitā eter-
nā ipse custodit. **Lectio. r.**
Magna et mira sentē-
tia: quē admodum sit
hōis in aīam suam amor: ut
peat: odū ne pereat. Si ma-
le amaueris sic odisti: si be-

ne oderis tunc amasti. Felices
qui oderūt custodiēdo: ne
p̄dant amādo. Sed vide
ne tibi subrepat ut teip̄m ve-
lis interimere sic itelligēdo
q̄ debeas odisse in hoc mun-
do aīam tuā. **H**inc ei qui
dā maligni atq̄ pueri et sibi
ipsis crudeliores et scelerati-
ores homicide flammis se
donant: aq̄s p̄fecant: p̄-
cipitio collidūt et pereunt.
Hoc xp̄s nō docuit: immo
etiā diabolo sc̄ipitius sug-
gerēt r̄ndēt. Redi retro sa-
thanas. Scriptū est. Nō tē-
prabis dñz deū tuū. **Lc. xi.**
Retro aut̄ dixit signifi-
ficatur: erat deū. Luz esses
tuntio: cingebas te et ambu-
labas quo volebas: cū autē
senuer: extēdes manū tuas
et alter te cinget: et feret q̄ tu
nō vis. Abisat: expressit non
a seip̄o s̄ ab alio debere oc-
cidē: q̄ vestigia sequit̄ christi.
Cū ergo articul⁹ cause vene-
rit ut hec cōditio p̄ponatur:
aut faciēdū esse p̄tra dei p̄-
ceptū: aut ex hac vitā migrā-
dū: quoz duoz hō cogat al-
ter eligere p̄mināte mortē
persecutore: ibi eligat deo
dilecto emori q̄ offensa vi-
uere: ibi oderit in hoc mun-
do. s.

do animā suam: vt in vitam
 eternā custodiat eā. **L. cō. xij.**
Si quis mihi ministrat:
 me seq̄t. Quid est me
 sequat: nisi me imitet: Xps
 enī pro nobis passus est ait
 ap̄ls petr⁹: nobis relinq̄ns
 exēplū: vt seq̄mur vestigia
 ei⁹. Ecce qđ dictū est si quis
 mihi ministrat me sequatur.
 Quo fructu: Qua merce:
 de: Quo p̄mio: Et vbi sum
 ego inq̄t: illic z minister me:
 us erit. Gratis amet: z ope
 ris quo ministrat illi precīū
 sit: esse cū illo. Ab enī bene
 erit sine illo: aut qñ male es
 se poterit cū illo: Audi cui:
 dentius. Si quis mihi mini
 strauerit: honorificabit eum
 pater meus. Quo honore:
 nisi vt sit cum filio eius: Qđ
 enim superi⁹ ait vbi ego sum
 illic z minister me⁹ erit: hoc
 intelligitur exposuisse cum
 dicit: honorificabit eū pater
 meus. Nam quem maiorem
 honore accipe poterit ado
 ptatus: q̄vi sit vbi est vnic⁹
 nō equalis factus diuinitati:
 sed p̄sociatus eternitati.
Secūdū ioh̄m. Cap. xij.
In il. tpe: d. i. d. s. Amē
 amen dico vobis. Nisi
 granū frumenti cadēs i ter
 ram mortuū fuerit: ip̄m solū

manet. Si autē mortuū fue
 rit: multū fructū affert. Qui
 amat aiām suā: p̄det eā. Et
 qui odit aiām suā in hoc mū
 do: i vitā eternā custodit eā.
 Si quis mihi ministrat: me se:
 quat. Et vbi sū ego: illic z mi
 nister me⁹ erit. Si quis mihi
 ministrauerit: honorificabit
 eū pater me⁹. **In. ij. noc.**
de mart. vno vbi pluri. L. cō.
facti euāgelij: fm lu. Ep. ix.
In illo tēpore: Dixit
 iesus discipulis suis.
 Si quis vult post me venire
 abneget semetip̄s: et tollat
 crucē suā quotidie: z sequat
 me. Et ref. **Homel. bñ gre:**
gonj pape: de eadē lectōe.
Quia dñs ac redēptor no:
 ster nou⁹ homo venit in mun
 dum: noua p̄cepta dedit
 mundo. Vite etenim nostre
 veteri in vitijs enutrit: cō:
 trarietate opposuit nouita
 tis sue. Quid enim vetus qđ
 carnalis homo nouerit nisi
 sua retinere: aliena rapere
 si posset: concupiscere si nō
 posset. **¶** Sed celestis me:
 dic⁹ singulis quibusq̄ vitijs
 obutantia adhibet medica:
 menta. Nam sicut arte me:
 dicine calida frigidis frigi:
 da calidis curatur: ita dñs
 noster z traria opposuit p̄re

dicamenta peccatis: vt lumbicis continentia tenacibus largitatem iracundis mansuetudinem elatis precipere ret humilitatem. *Lectio. x.*

Quere cum se sequentibus noua mandata proponeret dixit. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Sic si aperte dicat Qui peruitas veteris aliena concupiscitis? prouide uerfationis studium et vestra largimini. Quid vero in hac lectione dicat audiamus. Qui vult post me venire? abneget semetipsum. *Ubi dicitur* ut abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua: sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. *Adin* qui prope est abnegare quod habet: valde enim multum est abnegare quod est. *Lectio. xi.*

Ad se autem nobis venientibus dominus precepit ut renunciamus nostris: quia quicunque ad fidei agone venimus: luctamur contra malignos spiritus sumus. Nihil autem spernit maligni in hoc mundo propterium possidet. Audi ergo cum nudo luctari debemus. Nam si

vestitus quisque cum nudo luctat citius ad terram descendit: quia habet unde teneat. Quid enim sunt terrena omnia nisi quaedam corporis idumeta? *Lectio. xii.*

Qui ergo contra diabolum ad certamen properat vestimenta abiciat ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat: nullas rebus laetitiam delectationes requirat: ne unde ad votum regit inde ad casum teneat. Nec tamen sufficienter nostra relinquere nisi relinquamus et nos. Quid est quod dicimus? reliquamus et nos? Si enim nosmetipsos relinquamus quod ibimus extra nos? Vel quis est qui vadit: si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi: aliud pro natura conditi: aliud quod fecimus: aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus: et maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus.

Secundum lucam. Cap. ix.

In illo tempore dicit dominus. Si quis vult post me venire abneget semetipsum: et tollat crucem suam quotidie et sequat me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere: perdet eam. Nam qui perdidit animam suam propter me: saluam faciet.

D. ij.

eam. Quid ei proficit homo si lu-
creti uniuersum mundum / se-
cū ipm pdat et detrimentū
sui faciat? Nā q me erubue-
rit et meos sermones: hūc fi-
lius hoīs erubescet cū vene-
rit in maiestates sua et patris et
sctōrū angelorū. Dico autēz
vobis: vere sunt aliq hic stā-
tes q nō gustabūt mortē: do-
ne videat regnū dei. Amē.

**De vno p̄fessorē pontifi-
cis ad v̄s. Cap. ad hebre. v.**



Quis p̄fiter ex
hoīb? assumpt? p
hoīb? cōstituit in
his q sūt ad deū
vt offerat donaz sacrificia p
pctis. **D. g. R.** Jurauit dñs.
vs. i. i. h. p. p. Ille p̄f. **fo.**
lxv. x. Ecce sacerdos ma-
gn? Qui i dieb? suis placu-
it deo. **Ad m̄t. ā.** Amavit
eū dñs et ornauit eum / stola
glie induit eū et ad portas
paradisi coronauit eū. **Pro**

Quis q cōspicit qz ex
nulla nr̄ a v̄tute subli-
stīm? cede pp̄tū? et vt inter-
cessione b̄ti H. p̄fessoris tui
atqz p̄fific? p̄tra oīa aduer-
sa muniamur. Et sa? per d.

**Inuit Regē p̄fessorē dñz
Venite adorem? p. Venite.
ll. x. Cōfessor dei. fo. lxxv.
In. p̄noc. ā.** Btūs vir q in le-

ge dñi meditabif voluntas
ei? permanet die ac nocte et
oīa q cūqz faciet sp̄ p̄pabū
tur. **ps. i.** Btūs vir. **fo. i. ān.**
Btūs ille sctūs q p̄fusus est
in dño predicauit p̄ce ptum
dñi p̄stitur? est in mōte sctō
eius. **ps. ii.** Quare fremue.
fo. i. ān. Inuocantē exaudi-
uit dñs sctm̄ suū / dñs exau-
diuit eū et p̄stituit eū in pace
p. iiii. Cū iuoca. **f. i. ā.** Lete-
tur oēs q sperant in te dñe:
qm̄ tu b̄ndixisti iusto scuto
bone voluntatis coronasti eū
ps. v. Verba mea. **fol. i. ān.**
Dñe dñs nr̄ q admirabile ē
nomē tuū in v̄nuerſa terra /
qz glia et honore coronasti
sctm̄ tuū et p̄stituiſti eū sup
opa manuum tuarū. **ps. viii.**
Dñe dñs nr̄. **f. ii. ān.** Iustus
dñs et iustitias dilexit equi-
tatē vidit vult? eius. **p. i.** In
dño confido. **fo. iiii. x.** Iustū
deduxit dñs p̄vias rectas?
Et ostendit illi regnū dei?
p. i. Euge serue bonez fide-
lis qa sup pauca fuisſti fide-
lis supra multa te cōstitua.
Intra in gaudium dñi tui.
x. Dñe quinqz talenta tra-
didisti mihi ecce alia quinqz
superlucratus sum. Intra.
p. ii. Ecce sacerdos magn?
qui in dieb? suis placuit deo

Ideo inreturando fecit illū
 dñs crescere in plebem suā
 * Benedictionem oim gen-
 tium dedit illi ⁊ testamentū
 suum cōfirmavit sup caput
 eius. Ideo. **Re. iii.** Juravit
 dñs et non penitebit eum/
 tu es sacerdos in eternum.
 Scōz ordinē melchisedech
 * Dixit dñs dño meo sede
 a dextris meis. Scōz. **Re. iiii.**
 Jusius deduxit dñs p vias
 rectas / ⁊ ondit illi regnum
 dei / ⁊ dedit illi sciētā scōz
 honestavit illū in laborib⁹.
 Et ppleuit labores illi. *
 Immutabilis est enī mēoria
 illi⁹ ⁊ et a pō deū nota est
 apō hoies Et. **¶ In. ii. noc.**
an. Dñe iste sc̄tus h̄tabit in
 tabernaculo tuo: opatus est
 iustitiā: req̄scescit i mōte sc̄tō
 tuo. **p. xiiii.** Dñe q̄s h̄tabit.
fo. iiii. an. Vitā petijt a te tri-
 buisti ei dñe / gl̄iaz ⁊ magnū
 decore īposuisti sup eū / po-
 suisti in capite ei⁹ coronā de
 lapide precioso. **ps. xx.** Dñe
 in virtute. **f. vi. a.** Hic accipiet
 b̄ndictionē a dño ⁊ miam a
 deo salutari suo q̄ hec ē ge-
 neratio q̄rētū dñz. **p. xxiii.**
 Dñi est terra. **fol. vii. a.** Iste
 paup clamavit ⁊ dñs exau-
 dit eū. **p. xxxiii.** B̄ndicam
 dñm. **f. xi. a.** B̄tus quē elegi

sti dñe h̄tabit i atrijs tuis.
p. lxxiii. Te decet. **fo. xxi. an.**
 Just⁹ ⁊ palma florebit sicut
 cedr⁹ libani multiplicabit.
p. xci. Bonū ē p̄sente. **fo. xxxii.**
 * Amavit eū dñs ⁊ orna-
 vit eū: Stola gl̄ie iduit eū?
Re. v. Posui adiutorū super
 potentē ⁊ exaltaui electum
 de plebe mea. **Idan⁹** ei mea
 auxiliabit ei. * Inuent⁹ da-
 uid suū meū / oleo sc̄tō meo
 unxit eū. **Idan⁹.** **Re. vi.** Inue-
 ni dauid suū meū / oleo sc̄tō
 meo unxit eū. **Idan⁹** enī mea
 auxiliabit ei. * Nichil pficiet
 inimic⁹ in eo / ⁊ fili⁹ iniquitatis
 non apponat nocere ei. **Ida-
 nus.** **Re. vii.** Elegit eū dñs ⁊
 excellsum fecit illuz: statuit
 illi testamētū eternū / circū
 cinxit eū zona iustitie. Et in-
 duit eū corona gl̄ie. * Glo-
 rificavit illū i p̄spectu regū
 ⁊ ostēdit illi gl̄iam suā. Et in-
 duit. **Re. viii.** Magnificavit
 eū i p̄spectu regū. Et dedit
 illi coronā gl̄ie. * Statuit il-
 li testamentū sempiternū ⁊
 btificavit euz. Et de. **¶ In**
iii. noc. an. B̄tus ille servus
 quē cū venerit dñs ei⁹ ⁊ pul-
 sauerit ianuā inuenerit eum
 vigilante. **¶ Canticū.** R̄t̄uērit
 q̄ i sapiētia. **f. lvi. *** Juravit
 dñs ⁊ nō penitebit eū? Lu

es sacerdos in eternu[m] **Bar.**
 Amavit euz dñs ⁊ ornavit
 eū: stola gl'ie iduit eū. **Et ad**
 portas paradisi coronavit eū.
 * **Induit eum dñs lorica si-**
del ⁊ armavit eum. Et. Be. r.
 Bñs vir q̄ inuentus est sine
 macula: q̄ post aux nō abijt
 nec speravit in thesaur' pe-
 cunie. Iō stabilita sūt bona
 illi dño. * **potuit eū trās-**
gredi ⁊ nō est trāsgress⁹: fa-
cere mala ⁊ nō fecit. Iō. Be.
ra. Ille sc̄tus digne i memo-
 riā dñi hoīs q̄ ad gaudium
 trāsijt āgeloz. **Q̄ i hac pe-**
reginatione solo corpe p̄sti-
tur⁹: cogitatioe ⁊ auditate
i illa etna p̄ta p̄uersat⁹ est.
 * **Vinculis carnis absolut⁹**
talētū sibi credituz dño suo
cū lucro reportavit. Quia.
Be. r. u. Sint lūbi v̄t p̄cein-
 cti ⁊ lucerne ardētes in ma-
 nib⁹ v̄ris. **Et vos similes ho-**
minibus expectatibus dñm
sūū qm̄ reuertat a nuptijs. *
Vigilate ergo qz nescitis q̄
hora dñs vester vēturus sit.
Et. C. ad lau. ā. Ecce sacer-
dos magnus q̄ in dieb⁹ suis
placuit deo ⁊ inuent⁹ est in-
stus. ps. xxi. Dñs regnavit.
Et. r. c. c. p. Dis p̄tifer. Be.
rie. Amavit eū dñs. **Et or-**
navit eū. * Stola gl'ie iduit

eū. **Et. by. h. ac ē ver⁹. fol.**
h. u. i. ⁊ o. r. o. v. i. i. vel. Ad
bñ. ā. Euge fve bone ⁊ fide-
lis: qz sup pauca fuiti fidel
supra m̄ta te p̄stitua dicit
dñs. C. ad. i. ā. Nō est iūc⁹
similis illi q̄ oservaret legē
excelli. C. ad. iii. ā. Jureiu-
rādo fecit illū dñs crescere i
plebē suā. C. h. ⁊ o. r. o. v. i. i.
vel. * Justū deduxit. C. ad
vt. an. Bñdictionē oim gen-
tium dedit illi et testamētuz
suum confirmavit super ca-
put eius. C. ad. m. Ecce. r. d.
Statuit illi dñs testa-
 mētū sempitnū: et de-
 dit illi sacerdotiū magnuz:
 et beatificavit illū i gl'ia. **Et.**
Amavit eum dñs. Dñs. r. o.
Eraudi dñe preces ho-
 mīnū ⁊ incedete brō
 n. p̄fessore tuo atqz p̄tifice
 supplicatōes n̄as placat⁹
 itēde. **Et fa. p. do. C. ad. i. r.**
ā. Statuit illi testamētū sem-
pitnuz: et dedit illi sacerdo-
tū magnū. C. h. malachie. ii.
Libia sacerdotis custo-
 diūt sciētā ⁊ legē re-
 quirūt ex ore ei⁹: qz āgel. a
 dñi exercitūū est. **Deo gr̄as**
*** Juravit dñs. Dñs. r. o.**
Deus q̄ sp̄itels qz nos
 v̄ndiqz mala n̄a per-
 turbāt p̄ta q̄s v̄t b̄i n. cō-

fessoris tui atq; pontifice in
 tercessio gl'iosa nos ptegat.
 Et factus do. **C. An. ii. vel. su.**
per. ad. a. Cognouit eu domi-
 num in benedictionibus suis et
 inuenit gratia coram oculis dñi.
Iustus deduxit dñs p'vias
 rectas: et ostendit illi regnum
 dei: et dedit illi scientia sc'dum
 honestavit illum in laboribus et
 impleuit labores illi. **C. Col.**
 laudabit multi sapientiam
 eius et usq; in seculum non delebitur.
Serue bone et fidelis
 quia super pauca fuit fidelis su-
 pra multa te constituit in tra-
 gaudium dñi dei tui. **C. Ps. R.**
hy. R. 2. or. vii. l. Ad. m. g. a.
 Iste sanctus digne in memoria
 vertit hominum qui ad gaudium
 transiit angelorum: quia in hac pe-
 regrinatione solo corpore consti-
 tutus cogitatione et audita-
 te in illa eterna patria puer-
 sar' e. **C. De p'fessione non pon-**
ti. Ad. vel. com. ecclesi. r. l. v.
Dilectus deo et hominibus in-
 stus cuius memoria in
 benedictione eius: sicut illum fecit in
 gloria sanctorum. Deo g. **R. Iustus**
 germinabit. **vt. s. vno mar. ii.**
l. xv. Iste ps. f. lxxvii. Ps.
 iusti meditantur sapientiam
 Et lingua eius loquet iudicium
 Ad mar. a. Similabo eius
 ro sapienti qui edificauit do-

mum suam super petram. **Oratio.**
Deus qui nos beatus Petrus
 confessoris tui annua sole-
 nitate letificas concede propitius
 usque ut cuius natalitia colimus
 per eius ad te exempla gradia-
 mur. Et factus p. d. **C. An. Re**
 ge confessionis. **hy. Confessor**
 dei. **f. lxxii. In. i. noc. a. In le**
 ge dñi. **c. i. ref. vt. s. vno mar.**
Iustus deduxit. R. i. Euz
 ge huc. **R. ii. Iustus germina-**
 bit. **R. iii. Desiderium. R. iiii.**
 Dñe puenisti eum. **In. ii. noc.**
a. Ibitabit. c. i. ref. Amavit
 eum. **R. ia. de. ii. noc. vno mar.**
In. iii. noc. a. Iustus germina-
 bit. **R. Adagna e gloria eius.**
R. ia. vt. in. iii. noc. vno potu.
f. loco. Sint. l. i. b. Iustus
 deduxit. **C. Ad. l. a. Dñe qñs**
 qñs talera tradidisti mihi: ec-
 ce alia qñs superlucrat sum.
f. r. c. i. Dñs reg. f. r. r. r. a. l. i.
vt. i. omis. vel. R. Adagna e
 gloria eius. **In salutari tuo. R.**
Gl'iaz et magni decori im-
 pones super eum. **In. h. i. h. i.**
est. vt. f. lxxii. Ps. iusti.
Ad. h. i. an. Iustus cor suum
 tradet ad vigilandum diluculo
 ad dñm qui fecit illum et in spe-
 ctu altissimi deprecabit. **Pro**
vt. s. m. i. vel. C. Ad. i. a. Qui
 qñs mihi dñe talera tradidisti
 lucrat sum in super alia qñs.
D. iiii.

Ad. III. a Euge fue bone
i modico fidelit'ra i gaudiu
dñi tui. **Ep. 2. orovti pms**
vel. 8. Iustu deduxit. **Ad**
VI. a. In pauca fuisti fidelis:
supra mlt'a te cõstitua dicit
dñs. **Capituli. ecclia. xxxix**

Lalus cor suuz tradet
ad vigiladuz diluculo
ad dñz q fecit illuz i spe
ctu altissimi deprecabitur.
8. Amavit. Oratio.

Hesto dñe pp'o tuo?
vt bti A. confessor' tui
merita preclara suscipiens
ad i petradã miaz tuã sp ei?
p'ocinijs adiuef. Et fa: p.

Ad. IV. a Ecce de israeli
ta i q' vol' no e. **Ep. ec. xxxix.**

Quandauit m'ri sa
pietia ei? r'v'q' i sc'm
no delebit' non recedet me
moria ei? : z noimẽ ei? req'ret
a gñatiõẽ in gñationem. **8.**
Magna e gl'ia ei? **Oratio.**

Hesto die sc'ib' n'ris
quas in beati A. con
fessoris tui cõmemorattione
desertim? vt qui n'f'e iustitie
fiductam non habemus ei?
qui tibi placuit precibus ad
iuuemur. Et fa: p' per dñm.

In. ij. vel. super posane Lo
gnouit eũ dñs. cũ reliquis.
Cap. 8. hy. 8. et oro vt in
laudib'. Ad mgt' a Iste san

ctus digne in memoria. **8.**
De p'sessoribus. lec. 1. Et
pome. bti gra. paper super
euage. Sint l'ubi v'ri p'clcti.

Beani sunt qui illi? q's
cũ venerit domin' in
uenerit vigilantes. Vigilat'
qui ad aspectum veri lumi
nis mentis oculos a pertorã
tenet. Vigilat' q' suat operã
do q'õ credit. **Vigilat' q' a**
se to: por' z negligẽte tene
bras repellit. Hinc etei pau
lus dicit. Vigilate iustiz et
nolite peccare. Hic rurs' ait
hora e' tã nos de sono surge

Sed veniens **(re. sc. ij.)**
dñs qd' suis vigilãti
bus exhibeat audiam'. **Ami**
dicovobis: q' p'cinget se z fa
ciet illos discubere: z trans
iens ministrabit illis. Preci
get se id est ad retributionẽ
preparat: faciet illos discubere:
id est in eterna quiete
refoueri. Discubere q'p
pe nostrũ in regno quiesce
re est. Underursũ dñs dicit.
Veniet et recubent cũ abra
ham et ysac z iacob. Trã
tens autẽ dñs ministrat: qz
lucis autẽ dñs ministrat: nos
fatiat. Transire vero dicituz
est: cũ de iudicio ad regnum

Uredit. **Lectio tertia.**
El certe dñs nobis

post iudicium transi? quia ab humanitatis forma in diuinitatis sue contemplatione nos eleuat. Et transire eius est in claritatis sue speculationem nos ducere? cū eum quem in humanitate in iudicio cernimus: etiā in diuinitate post iudiciū videmus.

Ad iudiciū quippe venies? i forma serui hoib? apparebit: quā scriptū est. Videbūt in quē transierūt. Sed euz reprobi in supplicium conuertunt: iusti ad claritatis eius gloriā pertrahunt: sicut scriptum est. Tollat ipius nevideat gloriā dei. **Lect. iiii.**

Sed quid si serui in prima vigilia negligentes existāt? prima quippe vigilia p̄meue etat? custodia ē. Sed neq? sic desperandū ē: et a bono opere cessandum.

Nam longanimitatis sue patientiā insinuas dñs subdit. Et si uenerit in secūda vigilia? si in tertia vigilia uenerit? ita inuenerit: beati sunt serui illi. **P**rima quippe vigilia p̄meū tēpus est id est pueritia: secūda adoleſcentia vel iuuetus: quā auctoritate sacri eloqui vnū sūt dicitis. Letare iuuenis i adoleſcentia tua. Tertia autē sene

cius accipitur. **Lectio. v.**

Quā ergo vigilare i prima vigilia noluit custodiat vel secūda? ut quod conuerſi a prauitatibus suis in pueritia neglexit: ad uias uite saltē in tempore iuuetutis euigilet. Et quod vigilare in secūda vigilia noluit tēpore iuuetutis: tertiae uigilie remedia nō omittat: ut qui in iuuetute ad uias uite nō euigilat: saltē in senectute resipiscat. Pensate fres charissimi? quod conclusit dei pietas duriciā nostrā. Nō est itaq? homo excusationis inueniat. Deus despiciet et expectat: contēni se uidet et reuocat.

Iniuriā de contēptu suo suscipit: et tamen quōq? reuertentib? etiā p̄mia pronūtit.

Sed nemo hanc **L. vi.** eius longanimitatez negligat: quod tāto districtiorē i iudicio iustitiā exiget: quāto longiorē patientiā ante iudiciū progauit. Hinc etenim paulus dicit. Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secūdū duriciā autē tuā et cor ipentens thesaurizas tibi itaq? in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. Hinc psalmista ait. Deus iudex iustus: for-

tis et longanimitis. Dicitur
 quippe longanimitas promissit iu-
 stitiam ut quem vides peccata delin-
 quentium diu patienter ferre. Scia-
 as hunc quoniam etiam districte iu-
 dicare. Hanc quoniam etiam sapien-
 tiam dicit. Altissimus est patiens
 redditor. Patiens enim reddi-
 tor dicitur quia peccata hominum et pa-
 titur et reddit. Nam quis diu ut con-
 uertantur tolerat non conuer-
 sos durius damnat. **Eccl. vii.**
Hec excutienda sunt mem-
 tis nostre desideria etiam
 exteriora damna per simili-
 tudinem ad medium deducuntur
 ut per hec animus ad sui custo-
 diam suscitetur. Nam dicit. Hoc
 autem scitote quoniam si sciret per fa-
 milias qua hora fur veniret
 vigilaret utique et non sineret
 profodi domum suam. Ex qua pre-
 missa similitudine etiam exhor-
 tatio subinfert cuius dicit. Et
 vos estote parati quia qua
 hora non putatis filius hominis
 veniet. Nesciente enim patre
 familias fur domum profodit
 quia dum a sui custodia spiri-
 tus dormit: inprovisa mors
 veniens habitaculum carnis
 nostre erumpit: et eum quem dum
 domus inuenit dormientem
 necat: quia cum futura damna
 spiritus nunquam prouidet: hunc
 mors ad supplicia nescientem

rapit. Furi autem resisteret si
 vigilaret: quia aduentum iudi-
 cis qui occulte animam rapi-
 tauerunt: et penitendo occur-
 reret: ne in penitentis periret. **L. viii.**
Hoc nobis dominus noster
 voluit esse incognitum ut sp-
 possit esse suspecta: ut dum
 illa prouidere non possumus:
 ad illam sine intermissione pre-
 paremur. Proinde fratres
 charissimi in conditioe mor-
 talitatis vestre mentis occu-
 los figite: venientem vos iudi-
 ci per fletus quotidie et lamē-
 ta prepetate. Cuius certa mors
 maneat omnibus nolite de te-
 poralis vite prouidentia inter-
 ta cogitare. Terrenarum re-
 rum vos cura non aggrauet
 Quantislibet enim auri et ar-
 genti molibus circumdetur: quibus-
 libet prociosis vestibus indua-
 tur caro: quid est aliud quam ca-
 ro? Nolite ergo attendere
 quid habetis: sed quid estis?
 Vultis audire quid estis?
 Propheeta indicat dicens.
 Vere fenum est populus.
 Si enim fenum populus non
 est: ubi sunt illi qui ea que
 hodie colimus nobiscum tras-
 acto anno beati felicitis na-
 talitia celebrauerunt?
Item de confessoribus

**Lectio prima. Et sermone
beati fulgentii episcopi.**

Quoniam signu bonu est fructu
charissimi valde co-
modu valde agru et maxi-
me xpianis oib? appetendu?
vrynulq; deficere no dele-
ctet i peius: s; plicere omnes
studeam? in meli?. Arbores
eni fratres sum? i agro dñi
co constitute? deus autē no
ster ē agricola. Ille nos cō-
pluit ille nos colit ipse fecit
ditatē nobis donat: ipse fru-
ctificandi gratiam submini-
strat. **P**luvia enī dei est
sermo sancte predicationis:
cultura dei est ifusio gratie
spiritalis. Deus igitur pre-
cepto nos cōpluit: adiuto-
rio colit. Dū cōpluit aufert
a nobis ignoratiē siccitatē:
dū colit bene viuendī cōdō-
nat vbertatē. Dū pluit ter-
rā nostri cordis irrigat: dū
vero colit: de ipsa terra spi-
nas extribulos mūdane cu-
piditatis extirpat. **Lectio.**

Debemus igitur fecit
dari celestibus pluui-
is: debemus cōgrua fructi-
ficatione manib? superni re-
spondere cultoris. Et si non
possunt omnes arbores equa-
les fructus afferre: nulla ra-
men debet in agro domini:

co sterillis permanere. Abul-
tū enī metuenda est illa sen-
tētia cōminant? qua dicitur.
Omnis arbor que non facit
fructū bonū excidetur: et in
ignē mittet. **Q**uod si steri-
litas in ignē mittitur: rapa-
citas quid meret? Aut quid
recipiet qui alienū tulerit: si
semp ardebit que de suo nō
dederit? Et si iudicium sine
misericordia erit illi qui nō
fecerit misericordiā: quale
iudiciū erit illi qui fecerit
rapinam? **Lectio terna.**

Timeamus ergo fra-
tres? timeamus act?
nostros. **O**bediens christo
vēdat que possidet et elemo-
synas det: vt de terra cor ad-
celū leuet: vt auariciam cal-
cet: vt ad perfectiōis culmē
tota mentis intentione festi-
net: vt nō sit sollicitus q̄ sūt
mundi sed que sunt domini:
vt mundū crucifixū sibi ha-
beat: seq; mundo crucifixū
exhibeat: vt sit omnino pau-
per in seculo: et diues in xpo.

Quis ignorat boni hui?
magnitudinē? Sed videm?
nō omnibus vendēdarū re-
rum suarum inesse virtutem.
Anusquisq; enī propriū ha-
bet donū ex deo: alius sic:
alius vero sic. **Lectio iiii.**

Comune

Ecce hoc tam magnū bonū implere pauci possunt: multi non possunt. Nunquid quia paucis donatur ista perfectio: propterea debent esse pessimi quicumque in bono nondum possunt esse perfecti? Nunquid propterea christianus debet vitio rapacitatis insistere: quia forte nondum potest omnes res suas pauperibus erogare? Aut ideo debet aliena concupiscere: quia propria nondum potest omnino contemnere? Absit hoc fratres ab omnibus christianis: avertat hoc deus a fidelibus suis. Et apostolus enumerat dicit: quia neque avari neque rapaces regnum dei possident. Manifestum est autem: quia omnes qui a regno dei alienabuntur cum diabolo angelisque eius in eterno igne damnabuntur. **Lectio quinta.**

Quoniam de dilectissimi si non omnes possunt implere quod dominus ait vendite que possidetis: illud tamen quod adiecit date elemosinas omnibus est possibile si assit bona voluntas: omnibus facile si non assistat dira cupiditas: omnibus salubre si assit charitas. Lunctus ergo debet esse

comune: ut omnibus donetur eterna felicitas. Qui ergo tantam virtutem accepit a domino ut omnia que in mundo sunt celestis regni amore contemnat que habet vendat et egenis expendat: que vero tantam virtutis novitatem est: de his que habet in quantum habet elemosinam faciat. Tam operosa bonavoluntas: quantum suppetit facultas. **Lectio sexta.**

Perfectus possideat patriam: virtutis locum impetret: altum perveniat ad sanctum. Efficiat ille gloriose indigus: sit iste laudabilis largus. Sit ille sancte paupertatis: ardentissimus amator: sit iste sanctorum pauperum piissimus consolator. Habeat iste apud deum patros: nos pauperes: quos ille gaudeat virtutis habere consortes. Sit ille talis que cum domino iudicaturus sedeat: sit ille talis que ad dexteram iudicandus assistat. Sit ille talis que eterna tabernacula perpetuo iure possideat: sit ille talis que ille recipiat. **Lectio septima.**

Admonuit ei nos dominus dicens. Facite vobis amicos de mammona liquiditatis: que vos recipiat in eterna tabernacula. Hoc que fratres necessarium est omnibus nobis: ut in bonis operibus nemo sit

segnis: nemo sit sterilis. Nemo presentium delectatione futura contentus: nemo eterna despicens sola temporalia puer sus aspiciat. Nemo spiritualibus corporalia preferat: nemo terrena celestibus anteponat.

Lectio octaua.

Thesaurum nostrum in firmis in celis ponamus: ut etiam cor nostrum ibi habere possimus. Necesse est enim quo processerit dilectionis thesaurus: illic cogitationis sequatur affectus. Ideo veritas ait. Ubi enim thesaurus vester est: ibi et cor vestrum erit. Et ergo in celis thesaurizemus: celestia diligamus. His nosce ubi thesaurizas: Attende quod amas. His nosce quod amas: Attende quid cogitas. Ita fiet ut thesaurus tuus ex tuo amore cognoscas: et amoris tui in dictum ex cogitatione tua inteligas.

Item de peccatoribus.

Lect. i. Et homel. bti gregoriij pape super euangelio. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem.

Omne quod agimus preuenire per studium considerationis debemus. Ecce enim iuxta veritatis vocem quod turrim edificat per edificij sumptus parat. Si igitur humilitatis tur-

rim construere cupimus: prius nos preparare ad aduersa huius seculi debemus. Hoc est inter terrenum et celeste edificium distans: quod terrenum edificium expensas colligendo constructum: celeste vero edificium expensas dissipando. Ad illud sumptus facimus: si non habita colligamus: ad istud sumptus facimus: si et habita relinquamus. **Lectio secunda.**

Istos sumptus diues ille habere non potuit: quod multas possessiones possidens magistrum requisivit dicens. Magister bone: quid faciens vitam eternam possidebo? Qui cum precepta relinqueret omnia audisset tristis abscessit: et inde est angustat in mente: unde foris fuerat latior in possessione. Quia ei amabat in hac vita sumptus celsitudinis: tunc ad eternam patriam habere noluit sumptus humilitatis. **Le. iij.**

Considerandum vero quod dicitur: omnes qui videntur incipiunt illudere et: quod iuxta pauli vocem spectaculum factum mundo et angelis et hominibus. Et in omne quod agimus considerare oculos nostros aduersarios debemus: quod semper nostris opibus insunt: semper

ex nro defectu gratulantur
Quos propheta intuens
 ait: Deus meus in te confido
 non erubescam: neq; irride
 ant me simici mei. In bonis
 enim operibus inter nisi co
 tra malignos spūs sollicitè
 vigilem: ipsos irrisores pa
 timur: quos ad malum per
 suasores habem? **L. c. 10. usq.**

Sed quia de construē
 do edificio cōparatio
 data est: nūc ex miori ad ma
 ius similitudo subdit: vt ex
 rebus minimis maiora pen
 sentur. **N**ā sequitur. Aut
 quis reperitur committere
 bellum aduersus alium re
 gem: nonne pu? sedens co
 gitat si possit cum decem mi
 libus occurrere et q̄ cū vigi
 ti milibus venit ad se? Alio
 quin adhuc illo longe agen
 te: legationē mittens rogat
 ea que pacis sunt. **L. c. 10. v**

Rex p̄tra regē ex equo
 venit ad preliū: tñ si
 ppendit se non posse suffice
 re legationem mittit: et ea q̄
 pacis sunt postulat. Quib?
 ergo nos lachrymis spera
 re veniaz debemus: q̄ in illo
 tremendo examine cum re
 ge nro ex equo ad iudicium
 non venimus: quos nimiruz
 cōditionis infirmitas et cau

sa inferiores exhibet. Sed
 fortasse tam mali operis cul
 pas abscedimus: tam prava
 queq; extertus declinamus.
 Nunquid ad reddendam ra
 tionem cogitationis nostre
 sufficim? Nā cū viginti mi
 libus venire dicit is: contra
 que minime sufficit iste qui
 cū decē milibus venit. **L. c. 11**

Decem milia quippe
 ad viginti milia sim
 plex ad duplum sunt. Nos
 autem si multuz proficim:
 vit exteriora opa nostra in
 rectitudine seruamus. Nā
 si tā luxuria carnis absca
 isa fundit: nō est. Ille autē
 qui venit iudicaturus exte
 riora simul et interiora iudi
 cat: facta pariter et cogita
 tiones pensat. Cū duplo er
 go exercitu contra simpluz
 venit: q̄ nos vit in solo ope
 preparatos simul de ope et
 cogitatiōe discutit. **L. c. 11**

Quid ergo agendū est
 si vt dū nos cū simplō exer
 citu contra duplū illū suffi
 cere nō posse conspiciamus/
 dū adhuc longe est legatio
 nez mittamus: rogemus ea
 que pacis sunt? Longe enī
 esse dicitur: qui adhuc pre-

sens per iudiciū non videt. Mittamus ad hūc legationē lachrymas nostras: mittamus mie opera. Mactemus in ara eius hostias placationis: cognoscam⁹ nos cū eo in iudicio nō posse cōtendere. Pensemus virtutē eius fortitudinis: rogemus ea q̄ pacis sunt. Hec est nostra legatio: que regē venientem placat. **LECTIO. viij.**

Pensate fratres quod benignum sit: quod is qui suo adventu valet opprimere: tardaverit. Mittamus ad hūc (ut diximus) legationē nostram fluendo tribuēdo: sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionē nostrā oblata cū lachrymis et benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur: quod is qui in se resurgens a mortuis iam nō moritur: adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quotiens ei hostiā sue passionis offerimus: totiens nobis ad absolutionem nostram passionem illius reparamus.

Itē de consuetudine. Ex sermone beati fulgentij episcopi

Ostēdēs dñs quomodo in celis thesaurizate possum⁹ att. Sicut lūbi ve-

stri preclineti et lucerne ardentēs. Si ihsū sermonē dñi secundū litterā velim⁹ accipere: nihil in eo comodū spiritualis possum⁹ inuenire. Quid enī proficit ad ante salutē: si aliq̄s corporaliter aut lumbos precingat aut lucernam accendat. **A**lia ergo in preclinetis lūbis et lucernis ardētibus q̄renda est intelligētia spūalis: q̄ scilicet diuino sit precepto condigna: que nisi saluti congrua reperiat et comoda. Neq̄ ei frustra quodā loco ipse dñs ait. Verba que ego locutus sum vobis: spūs et vita sunt. **LECTIO. iij.**

In lūbis itaq̄ recipitur scētia carnalis ostēditur in lucernis vero fides et charitas christiana monstratur. Iubens igitur dñs noster lūbos precingi concupiscentiās carnis sine dubio precipit refrenari: imperans autē ut lucernas ardentes habeamus hoc utiq̄ iubet ut lumine vere fidei splendeamus: et scētē charitatis operibus ferueam⁹. **I**ubēs dñs ut sint lūbi nostri preclineti mādatur ma la desideria atq̄ opa fugiam⁹: iubēs ut sint lucerne ardentēs: monet ut bona diligam⁹ atq̄ faciam⁹. **LECTIO. iij.**

Ista que de euāgello
propofuitus cum p
phetiis sermonibus confe-
ramus. At rūs enī testamē-
tum de^o vnus instituit vnus
de^o dedit. Et si sunt vtriusq;
testamenti diuersa pro tem-
poribus sacramenta: cōcor-
dat tamē in vtroq; humane
salutis sententia qua p̄ceptū-
tur vt non peccemus: et iu-
betur vt bonis operibus in-
sistamus. **P**recepit itaq;
dñs per beātū dāuid dicēs.
Declina a malo: & fac bonū
Per esatam quoq; omnes
his admonet verbis. Aufere
te malū cogitationū vestra-
rum ab oculis meis: quiesce
te agere peruerse: discite be-
nefacere. Hoc ergo nūc do-
minus per seipsum p̄cepit
quod nobis etiam per san-
ctos patriarchas prophe-
tasq; mandauit. **LECTIO. iiii.**

Quid est ei sint lūbive-
nate a malo: Quid est et lu-
cerne ardentes: nisi facite
bonū: Quid est sint lūbive-
stri p̄cincti: nisi quiescite
agere peruerse: Quid est sint
lucerne ardentes: nisi discite
benefacere. **P**̄cinctū
tur igit fidelīū lūbi dū cōcu-
piscētia mala cōprimū: dū

inīq; cogitatio cōhibet: dū
libidini resistit anim^o: dū
lasciuit denegat affect^o: dū
calcatur luxuria: dū auariti-
cia p̄tēnt & rapia: dū p̄xim
lesio deuitat: dū supbia vin-
cit: dū iuidia supat. **LECTIO. v.**

Adent vero lucerne
fidelium dū recte fi-
del regulā seruant: dū in si-
nu matris ecclesie longani-
miter p̄seuerant: dū terres-
na cōtēnt et celestia cōcu-
piscunt: dū solliciti pacē cu-
stoditū: dū se iūcē pure dili-
gūt: dū se mutuo honore p̄e-
ueniūt: dū māfuetudine cor-
dis & humilitate proficiunt
dū mīe opa libenter atq; hi-
lariter faciūt: dū in bonis
operibus nō hoibus s; deo
placere cōtēdūt. Dis igit
xp̄ianus p̄cinctos habeat
lūbos vt fugiat libidīnē: ar-
dentē habeat lucernā vt cu-
stodiat castitatē. **LECTIO. vi.**

P̄cinctos ha beat lū-
bos vt aliq; alienum
nō rapiat nec furem ardentē
habeat lucernā: vt oppresso
velamē iuste dūtarat defen-
sionis impēdat. P̄cinctos
habeat lūbos vt habēti non
auferat cibū: ardentē habe-
at lucernā: vt esuriētī tribu-
at alimētū. P̄cinctos ha:

beat lumbos vt nō expoliet
vestitū: ardentem habeat lu-
cernā: vt vestiat nudū. Pre-
cinctos hēat lūbos vt domū
nulli inuadat: ardētē habe-
at lucernā: vt pegrinos xpī
libēter excipiat. Precinctos
habeat lūbos vt fugiat ela-
tionē: ardētē habeat lucer-
nā: vt seruet hūilitatē. Pre-
cinctos habeat lūbos vt ex-
pellat a se iudā & ludā: ar-
dentē habeat lucernā: vt pu-
rā cūctis exhibeat charita-
tē. Precinctos habeat lum-
bos vt non exhibeat mēbra
sua arma iniquitatis pecca-
to: ardentē habeat lucernā:
vt exhibeat membra sua ar-
ma iustitie deo. *Rec. vii.*

Hec est frater catho-
lice fidei vera sanaq;
doctrina: hec est mēsurā tri-
tici: de qua dñi redēptoris
est pascēda famīlia. Ex hac
vobis q̄tum dñs tribuit da-
mus: ip̄m̄q; dñm iugit̄ exo-
ramus: vt & nos & vos in ti-
more suo gr̄e sue pascere di-
gnet̄ auxilio. Auferat a no-
bis dñationē prauē cupidit-
tatis: donet oībus profectū
et p̄seruatiā charitat̄. Lū-
bos n̄os ipse p̄cingat/ lu-
cernas n̄as ipse ardere fa-
ciat ardētēq; custodiat: vt

nec refrigescat nostra chari-
tas: nec aliq̄ nobis dñet in-
quitas: sed dñs ac redēptor
noster oībus gr̄ am tribuat/
vniuersis donū sc̄tē illuīa-
tiōis ac virtut̄ ifundat. *P. viii.*

Habes donet vt quod
intelligam: sicut oportet fa-
ciam: vobisq; faciendū ser-
mone sufficiētī & p̄gruo p̄di-
cemus. Vobis q̄s donet: vt
q̄d ab illo p̄seruos ei⁹ audi-
tis & corde intelligatis: & ope
faciatis. Hoc ergo diuīa mī
sericordia ope in oībus no-
bis: vt nos q̄s voluit esse di-
sp̄satores fideles faciat et
prudētes: vos quoq; faciat
humiles et obediētes: vt
mēsurā tritici dñici quā vo-
bis dam⁹: cōem vobiscū sa-
lubit̄ atq; vtilit̄ habeam⁹.

*Tit̄ de confessoribus Le-
cno. i. Sermo dñi marci ep̄i.*

Sanctorū patrū mēo-
rias religiosis cōuen-
tib⁹ honorātes fr̄es charissi-
mi: et pp̄ia eorū merita/ et
munera in eis diuīna mira-
mur. Qui idcirco nobis sūt
venerabiles: q̄a p̄sentis vi-
te luce despecta cōtēptorq;
suorū corporū cruciatu seui-
tē mūdū dei p̄ amore vices-
rūt. **S**icut hic beatus

pater nŕ/dñ pro assertione
indisputabilis deitatis spũ
feruētore cõsurgens arriaz-
nis impietibus oblucaf: et
ecclesias dei concertantiũ
hereticoꝝ procellis ac tur-
binib⁹ p̄turbatas/serene fi-
dei trãquillitate pacauit/et
sibi eterna premia multimo-
da passione q̄ sicut: alk⁹ nũmi-
rũ incõcussa sequēs vestigia
ad quem dñs ait. Tu es pe-
trus: ⁊ sup hãc petrà edifica-
bo ecclesiã meã: ⁊ porte infe-
ri nõ preualebũt ei. **Rec. ij.**

Quere ac merito cun-
ctis posteritatib⁹ ho-
norãdus ille: qui firmissime
petre soliditatẽ secut⁹ inimi-
cos xp̄i ⁊ celestis spũs au-
ctoutate pfudit: ⁊ ifatigate
patiẽtie fortitudie triũpha-
uit. Hec ifert (sicut dictũ e)
aduersus eũ porta p̄ualuit:
q̄ sibi porte et̄nalis igressus
regẽ glorie pfessus aperuit.

Aut quõ ei non pateret
porta illa vitalis/ q̄ plenitu-
dine euãgelice lectiois edo-
ctus i patre filioꝝ ei⁹ iscru-
tabile vnice maiestatis asse-
ruit sacramentũ: edocens ⁊
ostendẽs que esset i vno eo-
deꝝ dei filio/ ⁊ suscepte car-
nis ratio/ ⁊ naturalis p̄uul-
legiũ deitatis. **Rec. iij.**

S Liebat p̄fecto salua-
tozem dixisse. Ego et
pater vnũ sumus: et q̄ me vi-
det/ videt et patrẽ. Hec illũ
confessio/ ⁊ honorabilẽ tris:
et celo reddidit gloriosum.
Sed necessariũ nũc eẽ reor:
vt occasione beati huius pa-
tris quẽ in tantã gloriã ca-
tholicarũ ecclesiarũ fides in-
declinabiliter ab eo suata
prouexit: nos quoq; pp̄tito
largiente deo salutarib⁹ do-
ctrie dominice testimonijs
imbuamur. **A**lt ergo do-
minus. Ego ⁊ p̄ vnũ sum⁹.
Qui dicit sumus solitarius
nõ est: q̄ dicit vnũ sumus/
vriq; ab eo cũ quovnũ est nõ
potest esse diuisus. **Rec. iij.**

Quid mihi nũc hereti-
ce in patre ⁊ ei⁹ filio
diuersitatẽ conaris astrue-
re cum filius substantie sue
nos edocens veritatẽ dixe-
rit/ ego ⁊ pater vnũ sumus:
Qui ⁊ vnum dicit ⁊ sumus:
nec sepatione se diuidit: nec
vnione pfundit. **Q**ui vnũ
cum patre est: nec pp̄tuita-
te a patre differt/ nec vtute
discordat. Quõ sit cum pa-
tre vnũ/ de patre tamẽ nat⁹
asseritur: ne vt impius blas-
phemat arrius/ aut creatu-
ra quecũq; filius: aut patri

impar esse credat. **Rec. v.**

Adis ergo o hō deū de deo natū? sed tñ in hoc profundo habes qđ fide credas; nō habes quod discutias argumentis. Audis filiū de p̄re natū? sed ne sexū aliquē possis in diuinitate rimari: ipe fili⁹ z v̄bū dicit z lumē. Dicit etiā dei virtus z dei sapia: vt aduertat nō quasi p̄ lūmiamēta genita lūū corporatim creasse p̄re: sed p̄ ineffabile maiestatis secretū de virtute p̄dusse virtutē z lumē manasse de luce.

Bartolus ne v̄bū **sc. vi.** ipz nō substantiā dicit s; platiū loq̄ntis dei putares esse s̄monē dicit fili⁹: vt in eo illi⁹ qđ p̄r est z consonātiā esse diceret z affectū. Iterū qđ lumē dicit ne forte eū velut radiū solis aut splēdore lucerne alieno putares lucere fulgore: aut de ip̄o beatus euāgelista iohēs cui archanū dei z videre z reuelare cōcessum est dicens: Erat lumē v̄x. **Lex lumē** aut vt scias illū nō cuiuscūq; creaturalis deficiētisq; luminis esse fulgore: s; a dā luce dicitatē esse qđ lumē est. **sc. vi.**

Itm aut verū est lumen / vt non solū non

egeat illuminari: sed z illuminādi habeat p̄tates. Illumināti enim vt legit omnē hominē venientē in hunc mundū. **Aut ergo x̄ps vt dictum est:** qđ me videt / videt z patrem. **Qui me / inquit / videt / videt et patrē.** Quomō non z duo z vnū sunt / cum alter videatur in altero: z vnū vidisse sit vtriusq; cognitio. **Et reuera sicut videre filius videre est patrē ita intellecto patrē intelligit z fili⁹.** Nā qđ patrē credit z confitetur eternū: credat necesse est z filiū coeternum. **Lectio. viii.**

Sed tam videam⁹ qđ sit iste aspect⁹ in filio? quo parit̄ videri asseritur z pater. **Videt sine dubio i filiū patrē: qđ credit filium s̄m incogitabile deitatis naturā ineffabiliter natū esse de patre: nec posse hunc aliud esse qđ nat⁹ est: qđ est ille qđ genuit.** **Videt in x̄po patrem: qui opera x̄pi non extranee possibilitatis: sed p̄ne credit esse virtutis.** **Videt in filio patrē: qđ intēdit illum sub cōmunitone patni nois nō i: geniose art; industria s; simplicis p̄tate p̄cepti aquas i vna vertentem creaturaru mutare naturas: vbertate**

etiam bñdictiōis sue exesum panē fecūdis esurictūū moribus augmentantē. Multi plicādo nāq; eficas i ore mā dentūū / z panes refoimādo de micis fecit pene nō esse mirabile q; māna fluxit e celo.

Acto. 1. Ex homelia del gre gom. pape super euāgelio.

hō quidā pegre pñscēs.

Seruus q; gemiata tālētā retulit a dño lau datur: atq; ad eternā remunerationē pducit: cū ei voce dñica dicit. Euge serue bone z fidelis: quia supra pauca fuisti fidelis supra multa te constituā: intra in gaudiū dñi tui. Pauca qui ppe sunt bona oīa pñtis vite: quālibet multa videantur.

Sed tunc fidelis seruus supra multa cōstituit: quādo deuicta oī corruptionis molestia de cñis gaudijs i illa celesti sede gloriatur. Tunc ad dñi sui gaudiū pfecte intromittitur: quādo in illa eterna patria assumptus atq; angeloz cetibus admittus sic interius gaudet de munere: vt nō sit iam qd ex teri? doleat de corruptiōe.

Seruus autē **Lecc. 11.** qui operari de talen-

to noluit: ad dominum cum verbis excusatiōis redit dicens. Domine scio quia homo durus es: metis vbi nō seminasti: z congregas vbi non sparisti: et timens abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. **¶** Notandū q; inutilis seruus durum dominū vocat: cui tamen ad lucrum deseruire dissimulat: et timuisse se dicit in lucrum tantum expendere: qui hoc solum timere debuerat: ne hoc sine lucro ad dominum reportaret. **Lecc. 11.**

Sunt enim pleriq; intra sanctā ecclesiam quozū iste seruus imaginē tenet: qui melioris vite vitas aggredi metuunt: et tamen iacere in sui torporis ignauia non pertimescunt. Lunq; se peccatores confiterant sanctitatis vias arripere trepidant: z remanere in suis iniquitatibus nō formidant. **¶** Quozum bene pertrus adhuc in infirmitate positus spectem tenet: cū viso miraculo pisciuz dixit. Exi a me domine: quia homo peccator sum: immo si te peccatorem cōsideras: oportet vt a te dñm nō repellas. **Lecc. 11.**

Sed qui idcirco melio-
ris habitus vias ⁊ re-
ctioris vite apprehendere ar-
cem nolunt: quia infirmos se
esse conspiciunt quasi et pec-
